



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Prvdentia Ivstorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniae Agrippinae, MDCXIV

Cap. VI. Hortatur ad pænitentiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46940](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46940)

nicos meos recipiam, & amplectar. Sinite ergo ad amorem meum, quo solo viuitur, saxea corda vestra moueri.

CAP. VI.

Hortatur ad penitentiam.

TAM graue peccati malum est, charissimi filij, vt si fieri posset pœniteret me fecisse hominem, quem formaui. Pugnât enim cum infinita bonitate, & puritate mea, & Maieitati meæ vilissimas creaturas antepōnit. Obstupescunt cæli super hoc, & eius portæ desolantur vehementer. Peccata enormia multiplicantur super numerum arenæ maris: & filij, quos exaltaui, & enutriui, spreuerunt me. Quid dicam vobis? quid faciam generationi vestræ, quæ ad misericordias meas obduratur? Certè, si inimici mei, qui falsos deos colunt, maledixissent mihi, sustinuissem vtique: & propter ignorantiam, quodammodo illos excusassem. Vos autè, quibus illuxit formosa valde lux Euāgelij mei, excusationem non habetis de grauissimis peccatis, quibus irritastis me. Viri Niniuitæ surgent in iudicio,

cio,

cio, cum generatione hac ingrati populi mei; & comparatione illorū, qui ad prædicationem Ionæ pænitentiam egerunt, damnabuntur multi filij regni, & æterna excommunicatione ei jci-entur in tenebras exteriores. Inspirationes quippe filij Dei post tergū momentis, & ad pacem, & reconciliationē corde mitissimo inuitantis, repulerūt. Nunc ergo vos, filij, infinitum numerum stultorum impænitentium ne sequamini, sed reuertimini ad cor. Accedite ad me de tenebris, & umbra mortis, & candidissima luce gratiæ illuminamini: & facies vestre non confundentur. Lugete fletu magno, vt doleri solet in morte primogeniti, quia venundati estis, vt faceretis malum, & balneo lachrymarum corda vestra lauate. Ne differatis vano consilio pænitentiam: iuxta enim est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Videte, quid feceritis, dulcissima amicitia mea dissoluta, æternæ consolationis iure amisso, & sempiterni cruciatus reatu incurso. Venenum peccati festinat in mortem; festinate vos

vos

vos per intimum dolorem, & sacramentorum remedium, ad vitam gratiæ pretiosissimam, iucundissimamque resurgere.

CAP. VII.

Hortatur ad amorem proximi.

RECORDAMINI, filij, noui ac dulcissimi testamenti mei, quomodo cum dilexissem meos, qui erant in mundo, in finem dilexi eos: & ne obliuiscamini signi amoris mutui, quo volui cognosci discipulos, & amicos meos. Mandavi tempore incolatus mei, & nunc per frequentissimas inspirationes idem repetens, hæc mando vobis, vt syncerissimo amore diligatis inuicem, sicut dilexi vos Sanauis infirmos vestros: erexi languidos, afflictos consolatus sum: cum ijs, qui oderunt pacem, fui pacificus: publicanos, & peccatores amantissime recepi: vilitatem, & rusticitatem non exhorru: omnibus omnia factus sum: nec vlllo tædio lassatus, exclusi aliquem à suauissima conuersatione mea. Quare ergo serui mei, qui videntur supra modum Apostoli,